



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

1. De eius proloquij sensu Scholasticorum ex naturæ viribus sententiæ explorantur.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

destinationis negotio ex potestate dominantis, potius quam ex regentis & gubernantis iure & aequitate se gere- re videatur: ex ignorantia viri acceptionis personarum, & materia, quam essentialiter supponit, & in qua so- lum veritari potest omnino ortum est: cuiusmodi enim vi- tium materiam iustitiae, siue commutativae, siue distribu- tivae concernit: cuiusmodi gratia, & beneficii dona mi- nime sunt, in qua auxilium primum ad bene operandum est constitutum: quare iure quidem supremi sui domi- nij in bonis suis beneficiis largiendis, in prædestina- tione videtur Deus, non autem ex potestate contra passiv- que dominantis.



QVÆSTIO III.

An, quorū sensu verum sit prolo- quium illud: Facienti, quod in se est, Deus non denegat gra- tiam?

¶ Et propositio adeo recepta est à Catholicis Theologis, ut aliquo vero sensu negari non pos- sit: quoniam vero sensum Pelagianum, si de gratia pro- pter singulis occasionibus & operibus & Semipelagianum, si de gratia prima auxiliante, & pro opere primo superna- turali intelligatur, facile capit, oportet sensus eius varia- rios à Theologis datos proponere scilicet, & examina- re, ut qui minus caute à Catholicis Theologis admitti- ti Pelagianismum, aut Semipelagianismum, vel incurru- nt, vel concernunt: à Catholicis deinceps Theologis ca- veantur, utque appareat deum Catholicum, sanæque mentis profusus, fidei sensus, quo ea propositio possit, de- beatque in Theologia Catholica admitti: quamvis au- tem questio hæc ad controversias de gratia spectare vi- deatur, atque tamen ad præsentem disputationem de causa prædestinationis spectat scilicet de præcedente dice- bimus: siquidem tantum est hoc disquirere ex parte nostri de prima gratia ad opus primum supernaturale, qua prædestinationis ordo, & dispositio inchoatur, vel de gratiis sanctis, quibus tota eius dispositio, & ordo con- stituitur, atque de causa prædestinationis totius, vel eius initij disputare.

CERTAMEN I.

De eius proloquij sensu Scholastico- rum ex nature viribus sententia explorantur.

¶ Hinc sensum adeo videtur expressisse S. Thom. va- rios, multisque in locis, ut aliquandiu in eo fuisse nec ab eius discipulis negetur, ut constat ex 2. senten- tiarum d. 5. q. 1. a. 1. d. 28. q. vn. art. 4. corp. sub med. vbi pro- bat: Quia, sicut homo se habet in potentia naturali ad gratiam, ita actus virtutum moralium se habent, ut dis- positiones naturales ad ipsam: unde non exigitur lumen gratia præcedens, & inferiusculum: Et ideo aliis consen- tiendo dicimus, quod ad gratiam gratiam facientem ha- bendam ex solo libero arbitrio se homo potest preparare: faciendo enim quod in se est gratiam à Deo consequetur, & ad 3. lumen interioris gratia ad id non requirit, exem- plo conversionis Pauli, quæ exterior circumfulgente lu- mine, non autem interiori facta dicitur: quod extrinse- cum lumen, & occasiones ac incitamenta extrinseca Dei providentia disposita, nec convertendi arbitrio subiecta, tamen in eius salutem ordinata Dei gratiam appellave- rat, sine qua se homo ad gratiam internam nequit præ- parare, & ad 4. per id quod in naturali ratione est posse, quamvis etiam barbarum se preparare ad gratiam haben- dam à Deo, & fidem, & alias virtutes: quam præparatio- nem, si præstet Deus prælo aderit gratia, & necessarius ad salutem consequendam ait de verit. q. 1. a. 1. d. 11. ad 1. Si ali- quis natus in sylvis ductum naturalis rationis sequere- tur in appetitu boni, & fuga mali, certissime tenendum est, quod ei Deus, vel per internam inspirationem revelaret ea quæ sunt credenda, vel &c. & ad 1. Si nos fecerimus, quod in nobis est, ut scilicet ductum rationis naturalis sequamur Deus non deficiet nobis ab eo, quod nobis necessarium est, quæst. 24. art. 1. ad 2. gratiam, qua opera meritoria facit, quamvis non possit homo ex libero arbitrio acquirere, pe- test tamen ad gratiam habendam se preparare, qua ei à Deo non denegabitur, si faciat quod in se est. & art. 15. corp. nihil aliud requirit, ut preparemur ad gratiam Dei su- pernaturalem, etiam auxiliantem, præter divinam provi- dentiam, qua homo (omnis scilicet) ad bonum dirigi- gitur, directionem: quod donum naturale esse probat: Nam in nullo invenitur ut omnes homines convenire, nisi in aliquo naturali, & in 4. d. 17. q. 2. art. 1. quæstion. 2. ad 4. etiam ille, qui fidem non habet, potest se ad fidem ha- bendam preparare, & ad gratiam, si secundum suam cogni- tionem peccatum sibi displiceat. Eandem sententiam, & si cum limitatione, sic docet in 1. d. 41. art. 3. ad 1. dari gratiam homini, quia preparavit se viribus nature: ita vero, ut coniunctio quia denotet dispositionem non cau- sam meritoriam ut corp. negaverat, & unde ait non tolli ea præparatione dispositiva rationem gratia ob- tentæ, quæ solum cum merit. pugnat, & de puero, quan- tumvis barbaro, cum primum ad usum rationis pervene- rit ait 1. a. q. 89. art. 6. corpore, cogitandum occurrere, ac deliberandum de seipso: & siquidem seipsum ordinaverit ad debitum finem per gratiam consequetur remissionis ori- ginalis. Eandem sententiam docet in 2. d. 41. q. 1. a. 5. ad 7. & de verit. q. 28. art. 3. ad 4. recitatus à Capreolo in 2. d. 40. q. 1. art. 3. ad argum. 3. Denique in epist. ad Rom. c. 10. lect. 3. excusatos barbaros inuincibiliter fidei igna- ros à peccato infidelitatis ait: si fecissent quod in se est Dominus eis secundum suam misericordiam providisset, mittendo eis predicationem, &c. addit, Sed tamen hoc ipsum, quod aliqui faciunt, quod in se est, convertendo se scilicet ad Deum, ex Deo est mouente corda ipsorum ad bonum: quibus est motionem gratia internæ videatur admittere ad faciendum quod in se est præuiam, alijuxta superius recitata, nil aliud intelligit, quam motionem per extrinseca motiva & incitamenta, & per innatam, & natu- ralem inclinationem ad bonum omnibus communem, ac subinde naturalem.

2. Produximus fufius S. Thom. testimonia in quibus aperta pro sensu eius proloquij præfixo in certaminis ti- tulo sententia est, cum ut constat cum in eo aliquandiu nec semel extitisse, ut eius discipuli & interpretes faren- tur, tum aliquando dum ita celebrat doctrinæ suæ diffi- cultatem sensisse, voluisseque componere doctrinam illa de dispositione prævia per naturæ vires, non autem me- rito prævia ad gratiam ut videmus testimon. recit. ex 1. d. 4. art. 3. ad 1. idcirco retractasse sententiam 1. a. q. 109. art. 6. toto præsertim ad 2. & q. 111. art. 3. corp. & ad 1. & art. 1. corp. & ad 1. vbi de faciente quod ex se est ex vi- ribus gratia supernaturalis proloquium intelligit, nul- lamque esse posse præparationem ad illam ex viribus na- turæ: & 2. a. q. 10. art. 4. fine. Euerit fundamentum, quod de puero barbaro in sylvis enutrito & de centurione pro- pposito attulerat dicens: Centurionem non, nisi fide supernaturali ac operibus ex illa, Petri ad ipsum missio- nem promeruisse, ac 3. cont. gent. cap. 19. quod gratia impedire possit solummodo arbitrio concedit: sic proin- de de S. Thom. censent Capreol. in 2. d. 28. sub fin. & Durand. ibi q. 5. num. 5. inconstantiam opponens Deza d. 19. art. 1. fin. Caiet. 1. a. q. 109. art. 6. §. nec eist. Qui alias priorum locorum explicationes versus articuli finem ag- greditur. Soto 2. de natura, & gratia c. 3. & alij, quibus subscibit Ruiz noster d. 21. sect. 2. num. 14. & quidem S. Thom. ea in re variis ex modestia potius, quam leuita- te fuit. Nam communi Theologorum ætatis illius in primo concessit, potius quam ex seipso sensu ut constat ex testimonio primo recitato illis verbis: & ideo aliis

BBb 3 consentiendum

consentendo dicimus, in secundo vero sensu ex firmissimis Theologicis principii humanæ authoritati scripturam, fidemque præferendo discurrens propriam, veramque sententiam dixit. Nec mirum: siquidem eius Magister Albert. in 2. d. 28. art. 1. ad 4. & 2. p. q. 18. sub fin. & Angelos gratiam operibus & sola arbitrij facultate congruè fuisse promeritos, & in nobis esse factum quo potestatem ex gratia, & infallibiliter adquiramus: quia Deus omnibus æque gratiam offert, nos autem secus: Sed si convertimur faciendo quod in nobis est, statim accipimus. Ita 2. p. q. 18. citata, q. vero 100. m. 1. quasi ea retractans ait: *Propterea est dicere, nisi quod gratia semper præuenit voluntatem, & erigit eam, ut velit bonum.* Similiter Alexand. Aienf. 1. p. q. 28. membr. 3. art. 1. ad 1. & q. 129. m. 8. §. 1. de puero mysteriorum fidei ignaro, qui faciat, quod ipse est ex naturali cognitione, & inuocatione Dei acquiratur a Deo potestatem ex gratia ad illa credenda, siue per internam inspirationem, siue per Angelum, aut hominem à Deo ad eius instructionem missum, & 3. p. q. 69. m. 5. art. 2. §. 1. corp. & ad 1. eundem proloquij sensum docet; tamen non ex merito congruo sed interpretatio & art. 3. corpor. reddit rationem æque oblationis gratiæ suæ omnibus, quam dedit Albertus proxime, dederantque olim Massilienses explicatus idem tradit ad 6. & m. 3. art. 3. sub finem addens, *præuenit tamen illa actio gratiam ut disponens ad ipsam utique, ut meriti ab illa congruitatem etiam excludat, sicuti proxime ex membro 5. referebamus.* Ex quibus constat quid intelligat gratiæ nomine eadem q. 69. m. 1. art. 2. corp. dicens: *Nullus esse conatus liberi arbitrij ad bonum, nisi exciatur à gratia, naturalem quippe cognitionem Dei intelligit gratiam appellat.* & infra citatis proxime locis explicuit eodem sensu videtur nostro Ruiz. prædictum proloquium accepisse S. Bonauentura, qui tamen in 2. d. 26. q. 16. & d. 28. art. 1. ad 4. & art. 2. q. 1. corp. ad 3. & 4. & in 4. d. 1. §. p. art. 1. q. 5. corp. necessitatem gratiæ præuenientis omnino, ut ad gratiam formaliter iustificatam præparemur, asserit constanter: quia citata d. 28. art. 2. q. 1. ait: *gratiam naturalibus arbitrij additam esse habitum timoris seruili, vel innatam visceribus ab infantia pietatem vel Dei vocationem, & locutionem excitantem ad eiusmodi præparationem quam in operibus moraliter honestis præstat.* Sed certe cum expresse ea quæst. & ait: *locis omnino præuenientis gratiæ necessitatem constanter doceat: leuissime eis coniecturis ad oppositum inducitur.* Nam ea, quæ ibi recenset gratiam à se prærequiritam non asserit esse, sed ab eo præcindit, nec disputat adhuc: ait siquidem. *Quidquid illud sit quod super additum est naturalibus adiuvans aliquo modo, & c.* Actus vero moraliter absolute honestos ex gratia Dei speciali per Christum necessario fore cum Patribus Bonauentura & Scholasticis aliis, ac præsertim nostro Vasquez, qui strenuè, ad victoriam usque, pro eo certauit offendimus tom. 1. de ente supernatur. controu. de grat. auxiliante disputatione de eius necessitate: quare sanctus Bonauentura ab eo proloquij sensu abfuit quam longissimè.

3. Guillem. Parisiens. 1. p. tract. de merit. col. 4. Angelos sanctos & primos Parentes in statu innocentie ex solis viribus naturæ aliquid in ordine ad gratiam supernaturalem & certo obtinendam promereri potuisse. Alter Guillem. Alsfiodorens. lib. 3. tract. 2. quæst. 5. *Et qui facit quicquid in se est semper dat gratiam, aliter non recipere confiscentes ad se, & stare ad ostium ut pulsant, & facienti quod in se est, & aperienti gratiam præbeat.* Dixit autem lib. 2. tract. 11. c. 1. q. 4. *Si gratia large sumatur pro omni gratis dato à Deo, bene concedimus, quod liberum arbitrium non possit in opere de genere bonorum sine gratia: illo vero si large accipiatur.* Satis prodit se non loqui de gratia absolute supernaturali, & per Christum ubi negat. *Possit nos sine gratia gratis data aliquod bonum operari.* S. Antonin. 1. p. tit. 4. c. 1. sine concedit viribus arbitrij præparationem, etiam non meritum ad gratiam. & tit. 13. c. 2. & 3. conferendam puero etiam iustificatam peruenienti ad vsum rationis si se ad debitum finem pro capacitate vsum rationis ætatis illius se ordinat, videtur autem p. 4. tit. 9. c. 5. §. 4. necessitatem præuenientis omnino gratiæ ad iustificationem, & salutem recognoscere, & proloquium præfens de facienti quod in

se est, in quantum est motus à Deo, explicat. Theophilus Rayner. consentit 1. sensus ex S. Thom. testimonio citato q. 24. de verit. & in 2. d. 28. & Alex. in Pantheologia verbo prædestinatio c. 2. circa med. vbi iuramentum de congruo concedit verb. *spes, c. 3. med. v. gratia c. 3. verb. liberum arbitrium c. 4. & 10. post med. verbo liberatio à peccato, c. 5. 1. c. 24. dicat, in præparatione ad gratiam nostram voluntatem esse gratiæ pedissequam, & med. præparare ad gratiam esse Dei principaliter operantis, & mouentis liberum arbitrium. & pulsantis ad ostium.* Arbitrij vero consentientis cooperantis, & aperientis. Argv. Thom. pro primo proloquij sensu in merito refertur ex 2. d. 24. q. 1. art. 1. fin. ubi ait. *Faciendo quod in nobis est, est non ex condigno, tamen ex congruo Dominus dabit nobis gratiam:* tamen cum articulo 3. corp. post. med. ad præcedente diuina vocatione, & bonis cogitationibus à Deo immixtis, liberum arbitrium ad gratiam sufficientem adueniri posse negat, & idem explicatus doceat art. 2. d. 28. art. 1. sub init. constare non loqui cum de præparatione ad gratiam auxiliantem ex viribus naturæ, sed de iustificatam & ex viribus auxiliantis gratiæ Dei. Paludanus etiam immerito in primam illum sensum ex viribus naturæ trahitur ex 4. sentent. d. 14. q. 2. quod articulum solum virtutum morale penitentia vnde locutionem sufficientem præparationem ad gratiam iustificatam reputat: oportere enim, ut illam ex viribus solis naturæ esse doceret, quod non docet. Capreolus etiam non æquius citatur ex 2. d. 29. art. 7. col. penult. quod S. Th. testimonium referat ex 2. d. 28. art. 4. dicens: *ad præparationem gratiæ iustificantis prærequirit gratiam gratis datam diuina providentia, nec differt quid illud sit, siue excitatio voluntatis à Deo siue occasio agnitionis, vel quid huiusmodi: solum enim probat Capreolum ibi nec definire, nec disputare voluisse quid gratia illa necessaria præueniens sit: & quavis in 2. d. 20. art. 1. ver. si nem videatur sequi sententiam S. Th. Thomæ de partu perueniente ad vsum rationis, non explicat an ordinatio illius in bonum, ac debitum finem, quia fidei, & iusticie gratiam præparetur ex solis viribus naturalis rationis sit, an ex gratia ad eam ordinationem, & motum in bonum præueniente: sed tamen cum in 2. d. 28. art. 1. concludit. S. Thom. pro gratiæ præuenientis necessitate ad quamvis præparationem ad vltiorem gratiam constituat expresse, & distinct. 29. art. 1. concludit. med. præpar. general. Dei influentiam, & debitum naturæ auxilium gratiæ specialis & indebitum ad bonum absolute: nec quodvis requirit sicuti, & sine distinctione, ubi nullum testimonium S. Thom. pro opposito sensu admittit, non sine gratia præueniente exemplum illud & proloquium facienti quod in se est admittere censendum omnino est.*

4. Aliunde, tam Capreolus, quam Deza in 2. d. 3. h. sensum ex viribus naturæ adducunt à nominali: cum quia hic art. 1. concl. 4. ille q. vn. art. 3. ad 1. cum Grego. Arimin. de necess. motionis, & gratiæ specialis Dei ad quodvis simpliciter, æque omni ex parte honestum morale requirant: quo, solo nomine gratiam videntur requirere: sed, ut diximus, valde de re, & veritate gratiam requirunt. Tum etiam, quia Capreolus sub eius distinctionis finem, & Deza concl. 4. ad 1. Durandi contra illam ex simili naturalis dispositionis ad inductionem formæ à naturali agente, respondent: probare propriam, & vltimam dispositionem ad gratiam esse à Deo non autem à facultate arbitrij: quare remotam dispositionem eius facultati taciti tribuunt, & Deza, cum ex conclusione docet, hominem abique speciali gratiæ Dei auxilio sufficienter se præparare non posse: insufficienter posse videtur admittere: sed male ex eo, quod vnum negent, alterum ipsos admittere arguitur: Cuius plane sensum de solis viribus naturæ admittit 10. q. 1. art. 6. toto maxime §. *Ad eundem, & q. 109. & 110. obstat:* asserens hominem non se disponere, ac præparare simpliciter ad gratiam, sed solum secundum quod ex parte sua & tom. 1. opus. tract. 4. q. 1. de contr. præ. tione §. ex quibus collato cum hac corporis doctæ assertionem naturalem intrinsece immutatam fieri dispositionem ad gratiam extrinsecus per gratiam Dei mouentem, & ad illam quæ dignatur res nostra ad quædam operationem ut dispositionem vltimam ad summi propriam quæ

est charitas, quæ infunditur. Vnde aliqui Caietano ex-
 causationem præcedunt, pro S. Thom. Scoti, Gabriel. Du-
 rand. examinandum cert. Coni. 2. q. 9. art. 6. casum
 motus in bonum, & recte ordinationem in finem pueri
 in sylvis nutriti possibilem admittit, eique, illa posita,
 de necessariis ad fidem & salutem providendum; sed ne-
 cessitatem gratiæ præuenientis ad eam ordinationem, &
 motum non excludit quam ad omnem dispositionem ho-
 minis ad gratiam constanter docet q. 109. art. 6. & q. 112.
 toto articulo 2. & 3. Conradus alter de contractibus
 tract. 7. q. 100. concl. 2. med. & argum. 4. sub init. & fin.
 docet facientem, quod in se est non solum ex gratia sed ex
 viribus solis naturæ necessariam notitiam ad salutem
 esse concedendam. Ferrar. me iudice, Catholicum sen-
 sum de faciente, quod in se est ex viribus non solius ar-
 bitrij sed gratiæ præuenientis simul constanter, & liquido
 retinet. 3. contr. gent. c. 149. & c. 159. quamvis hic videat-
 ur nonnullis concedere dispositionem negatiuam ex vi-
 ribus naturæ per quas non apponatur impedimentum
 peccando. Sed certe illud per vires naturæ ad peccati
 impedimentum refertur non ad eius ablationem: ait siqui-
 dem Deum ex se præsentem esse gratia sua non solum in
 actu primo, sed in actu secundo, iulando & mouendo:
 quare qui ex facultate arbitrij impedimentum ponunt
 peccati, & Dei pulsatione & motione in eius sententia
 non peccando impedimentum ad gratiam & salutem aufer-
 rent. Magister Victoria immo etiam pro sensu fa-
 cientis, quod in se est ex viribus solis naturæ venisse re-
 fertur à nonnullis ex relect. vlt. de præuenientibus ad
 vltim. ration. p. 3. post. proposit. 3. num. 14. quod doctrinam
 S. Thom. de puero in sylvis nutriti, & gratiam iustifica-
 tionem statim obtenturo, si bonum appetat, & malum
 auerseat refertur nec impugnet, non enim ait eam con-
 uersionem ad bonum, atque fugam à malo ex viribus
 solis naturæ fore, sed ad eam sequituram pueri iustifica-
 tionem, vt ait S. Thom. vadeunque illa prouenerit, de
 quo non disputat. Refertur etiam Can. relection. de per-
 nitentia p. 5. longe à med. 6. Tercio etiam attritio, quod do-
 cet, attritionem oriam ab amore naturali Dei super
 omnia for. esse dispositionem idoneam, vt virtute bapti. ma-
 ti & penitentia gratia conferatur. Verum, et si his Canus
 à vero absterget, quod amorem Dei super omnia natura-
 lem admittat, ad præsens autem non eriat: nam dispo-
 sitiones ad iustificationem in sacramento percipiendam
 ex Dei arbitrio, & absque vlla de se proportionem, adhuc
 remotissima, tales sunt, vt constet in ablatione ad Baptis-
 mum, & aliis multis. Melius pro eo sensu adducitur ex
 relect. de sacram. in genere p. 2. vbi, licet versus med. de
 init. iustificationis non, nisi ex gratia Dei, recte loquatur
 tamen inter princip. & med. 8. Ad primum vero, & cla-
 rius inter med. & finem, 8. Igitur illa epistola, & vniuer-
 sum, facientem quod in se est ex naturæ viribus, tam in lege
 naturæ, quam gratiæ auxilia gratiæ ad iustificationem
 à Deo collata conferendaque esse fatetur, & puero etiam
 in sylvis nutriti.

5. Dominicus vero in eodem sensu axioma illud, fa-
 cientem quod in se est, accepit refertur ex 4. d. 18. q. 3.
 art. 1. & Cano dicitur: quia attritionem procul natu-
 ralem ex metu amissionis temporalium esse sufficientem
 dispositionem ad iustificationem in sacramento obtinen-
 dam: in quo, et si aliunde peccet, non tamen in præsentem
 questionem, vt in Cano dicebamus nuper. Aberrauit ta-
 men in illa 2. de natura & grat. c. 3. sub init. vbi opus
 moraliter bonum ex viribus solum naturalibus asserit
 esse dispositionem impropiam, saltem sufficientem, & re-
 motissimam ad iustificationem extra sacramentum; imò,
 & viam de se sternere ad charitatem. Quibus impo-
 pientiam eius à se dictam pro insufficientia, & impropri-
 etate non toto improprietatis rigore ostendit: nam,
 quod de se tale ad aliquid est, ac se habet rigide impro-
 prium non est, subdit: præsertim, si in huiusmodi se ope-
 ribus peccator exerceat intentionem spectandi Deum, qui au-
 tem sibi cor emollit ad penitentiam, quem nimirum si-
 nem sicuti, & honestos alios potest sibi naturaliter præsti-
 tuere, & solutione ad 1. ait, hominem ex naturalibus
 habere detestationem quæ sit remotissima dispositio ad gra-
 tiam: & lib. 1. c. 2. col. 1. idem de omni opere moraliter
 bono ex naturalibus solum habito docuerat & c. 2. 1. sub
 init. & lib. 2. c. 12. siue: quare est axioma de faciente

quod in se est ex Dei præuentione illiusque cooperatio-
 ne catholice interpretetur cillo 3. circa fin. in frequen-
 tem sibi oppositum sensum c. 12. relabatur & in cap. 1. ad
 Rom. ad illa verba, ita vt sine inexcusabilis, & in 4. d. 1.
 q. 2. art. 3. circa med. ante argumentum 2. S. Thom. Ioan.
 VVigierius Dominicanus etiam in eodem sensu prolo-
 qui ex viribus naturæ fuit c. 18. inlit. §. 4. init. vbi hæc:
Præparatio ad gratiam fit per speciale auxilium Dei quod
semper est præparatum homini facienti quod in se est. Loqui-
 tur autem de præparatione proxima, & auxilio parato
 ad illam in actu primo nondum tamen præstito, vt quan-
 tum in se est faciat, vt continuo explicuit. Dicitur au-
 tem facere, quod in se est, quando cessat à peccato, & anhe-
 lat ad bonum rationis, id est rationis naturalis dicta-
 mini, & virtuti conforme, & proportionatum, vt
 clarius explicat inferiuscule dicens: Cum concursu gene-
 rali mediante synderesi, & assistente fide possumus aliquo-
 modo conari ad bonum, licet non possumus perficere, ac
 infra: sit conati Deus sua proclamata misericordia adest
 & conuertitur ad eum suo auxilio speciali, quod dicitur
 gratia præueniens. Delphinus ad libero arbitrio circa
 med. sub tit. quanta sit nunc potestas arbitrij & quid sit
 hominem facere quod in se est? Censetur sensui ex viribus
 arbitrij consensisse concl. 1. pag. 161. quod S. Thom. do-
 ctinam de puero in sylvis educato in fide, & necessariis
 ad iustitiam & salutem ex Dei gratia instruendo, si re-
 cte ordinet ad bonum approbet, & lib. 5. de iustificat. post
 med. in q. Possint, qui Euangelij prædicationem, verbis
 Alexand. datis, & dandis Gabrielis confirmet: sed cum
 utrobique inferius, & maxime in postremo sapie, præfer-
 tim pag. 193. & 205. asserat nullam præparationem ad
 gratiam, nisi ex auxilio gratiæ esse posse eis Doctoribus
 in infallibilitate auxilij necessarij ad fidem, & salutem
 consequendi ab illo, qui se ita præparauerit, consentit i
 secus vero in eo, quod præparatio illa è sola facultate
 naturæ sit. Eius etiam sensus suspicio amouenda est à
 Bartholomæo Medina 1. 2. cum, vbi magis videtur incli-
 nare, vt q. 89. art. 6. ad 2. arg. Capricoli & q. 109. art. 6. ad
 2. & 3. valde in sensum bonum explicabilis loquatur.
 Tum etiam: quia q. 76. art. 2. ad vlt. arg. expresse ait, Deus
 dat vniuersis hominibus sufficientem auxilium, vt recte, &
 studio vitam instituant: quod si facerent sine dubio illa-
 minarentur, & q. 109. art. 10. post solutionem 4. rationis
 obiectionis cuidam respondens addit ad hunc fin. Præbe-
 ri à Deo omnibus hominibus diuinarum inspirationum vi-
 sibilium. Est autem finis ille virtutis moralis ab ipso
 dicatur, ac proinde qui ad virtutes morales gratiam Dei
 per Christum (quam entitativè & secundum substantiam
 supernaturalem putantes se debere) non requirunt, cum
 in malum sensum interpretentur, ipse tamen melius cen-
 set gratiam specialem, & quoad modum (quod satis est)
 supernaturalem ad virtutis moralis cuiusvis actum requi-
 rit, atque expresse præparationem per illos quamvis, ad
 fidem, iustitiam, & salutem antecedere, ac præuenire
 proficitur: quo in præsentem peccare nequit; tamen
 si in principio illo non melius ipsis, sed deterius opina-
 retur.

6. In eodem sensu de viribus solum naturæ fuisse ar-
 guitur. Magister Bañez 2. q. 10. art. 1. med. responsi. ad 4.
 quod dixerit: qui nitatur, quantum in se est, & propo-
 nat toto vitæ tempore secundum rectam rationem agere,
 pie credendum esse illuminandum illum, & iustificandum
 per gratiam, sed cum 1. p. q. 23. art. 3. dub. 3. dixerit expresse
 de præparante se ad fidem, & iustitiam certo consequen-
 dam per conuersionem ad bonum, & fugam à malo cum
 ad vltim. rationis peruenit, verum solummodo esse
 posse, si ea præparatio ex gratia præueniente Dei esse
 asserat, non citra eius iniuriam de eo ita censetur:
 quamvis auxilium illud præueniens. vel ex parte intel-
 lectus, vel ex parte voluntatis per immixtam à Deo incli-
 nationem in bonum ex naturali rationis lumine cogiti-
 tum esse posse dicat, in quo de entitate physica gratiæ
 præuenientis decipi, vt summum potest, non autem cir-
 ca præuentionis eius necessitatem. Argentina etiam in 1.
 d. 7. art. 3. post med. dicat facienti, quod in se est nunquam
 defuturam à Deo fidei suæ manifestationem, & infusio-
 nem gratiæ spiritus Sancti, ac Deum, vt ita ille faciat,
 & ad eum cuiusque gratiam redeat, prius admonere per
 gratiam præuenientem, & spirituales impetus loquitur
 tamen

tamen de proxima dispositione, & præparatione ad fidem siquidem dist. 1. q. vn. art. 2. §. Respondeo quod Augustinus, & ad 2. & 3. rationem docet opera virtutum moralium ex sola arbitrij facultate, & generali influenza esse absq. gratia præueniente posse, & esse etiam cum de congruo merito, nec abusu gratiæ & prædestinationis, quod de merito & præparatione remota saltem nec à Deo proxima debet intelligi. Hoc ipsum de merito congruo gratiæ ad auxilia gratiæ vltioris ad actus supernaturales atque ad prædestinationem & gratiam asseruit Chrysostomus lauellus in operibus moralibus ex pura arbitrij facultate elicitis comment. de prædestin. ad q. 23. 1. p. c. 5. vt ex toto contextu constat: tamen speciale Dei auxilium ad ea opera vocet illud siquidem naturale debitumque naturæ esse declarat. Nauarræ 1. p. q. 19. art. 8. controu. 23. pag. 457. ait, licet, quando viribus naturæ facit homo totum quod in se est non se disponat ad gratiam, quæ ex natura sua, & necessario exigit gratiam, sed solum pie credendum sit, quod Deus non denegabit gratiam, seu auxilium supernaturale; tamen aliquo modo dicitur præparatio illa dispositio. Didacus Aluarez 7. de auxiliis d. 56. & 57. docet, & catholicè pro necessitate gratiæ præuenientis ad initium iustificationis, quantumvis remotum, ac subinde prædestinationis decernat: trahere tamen illum (vt alias) in sensum de faciente, quod in se est, è sola naturali arbitrij facultate contendit Ruiz noster d. 1. sect. 6. à n. 33. quod doceat opera entitatis naturalia ex obiectivitate moralium, ac subinde neque auxilium gratiæ supernaturale, quoad substantiam, requirunt, sufficere ad iustificationis exordium: quasi inde negandum sit ex gratia Dei per Christum supernaturalem, quoad modum, debere procedere: insuper quia d. 77. conclus. 2. asserat indutiam ministrorum Ecclesiæ exhortando, prædicando, &c. esse causam regulariter, & sine qua non, tamen non principalem, interioris vocationis, & inde subortæ conversionis, quæ tamen industria nequeunt de se supernaturale aliquid in vocato, & conuertendo producere, quæ etiam de causa S. Thom. 1. 2. q. 112. in necessitate gratiæ præuenientis præparationem ad fidem, & gratiam iustificatam iam asserat, non tamen firmum stetit, & alios Doctores indicauit. Quasi Deus qui agens principale internæ vocationis ab eis asseritur naturali causæ cooperans supernaturale aliquid sua vtens absoluta potentia, nequeat in eius consortio producere: maxime supernaturale, quoad modum, quod esset ad rem præsentem satis.

7. Dominicanis hæc continuato recitatis, qui ex recentiore ipsorum schola esse constanter voluit, de eius proloquij sensu examinandus est Mercenarius Zumel in 1. 2. q. 89. art. 6. d. 2. p. 2. dicto 4. maxime §. sed obseruanda vltima & d. 3. p. 2. confirmatione primæ conclusionis d. 4. præsertim d. 4. conuersioni per lumen naturalis solum rationis, ex quo puer statim secundum rectam rationem viuere, & malum fugere statim cum esse à Deo illustrandum, & mouendum efficaciter ad omnia, quibus infallibiliter iustitiam consequatur, & quamvis hoc limitet q. 113. art. 4. ad 2. post maiorem explicationem conclusionis 4. & 5. dicens, cuius ad vsum rationis peruenienti Dei auxilium ex parte intellectus, & voluntatis adesse, vt ita bene moraliter conuertatur, ac ponat iustificationis initium, ait tamen eundem illum actum conuersionis in adulto absque eo auxilio Dei, ac puris naturalibus poni absolute posse: quare & posse absolute poni iustificationis initium, consequens in eius doctrina est, vbi etiam sententiam illam primam voluit temperare, quæ sit. item 109. a. 6. q. vn. post conclus. 4. §. hæc assertio, vbi infallibilitatem conuersionis necessarium ad iustificationem ex conuersione facientis, quod in se est, asserat retractat in sensum facientis quod in se est ex viribus solis naturæ expresse relabitur scribens: Quamvis ex operibus misericordiæ cessatione à peccato eiusque imperfecta detestatione & ex aliis bonis operibus viribus naturæ præcise factis inuenerit diuina misericordia, vt conseruat auxilia pro conuersione ex mera gratia, & mera liberalitate, non tamen esset id ex lege vniuersali, & infallibili Dei. Nec longe ante conclus. 5. eiusmodi opera esse ait impetratoria, & per modum impetrationis inuitando diuinam misericordiam impetrare auxilia. Verum quidem est hunc Doctorem, tam ante, quam post recitata necessitatem gratiæ omnino præuenientis

dispositionem, præparationem, & impetrationem entem ad iustificationem, atque ipsius initium asserere: quæ nihil de eius constante sententia, ac mente deprehendi præter contradictionem potest: vt plerumque eorum sit qui non tam ex concepis, statuit sibi principia faciunt, sed ex librorum in quos incidunt lectione, & litteris transcribunt: ex scholis & familiis aliis abiectionem mentem examinamus n. 2. vt Alexand. Alen. & Bonac. ex Franciscanorum familia. Sed iam ex Scoticis de Nominalium, plerumque Franciscanorum aliorumque Scholis super hoc proloquio Doctorem sensu aperientem facit sed pius referendus est Henricus quodlib. 4. p. 1. q. 1. post med. scribens: primam gratiam non habere entem meritoriam, nisi congrue; non propter quam, sed sine qua non, conferatur vni prima gratia gratum facientem, & terti denegatur cum opus Dei non sit per se inueniunt. Nota Massiliensium rationem, ac comitæ gratum facientis non formaliter sed motum, & actum riter intelligere quodlib. 5. q. 20. post med. negat peccatorem posse diu stare in detestatione peccatorum, & boni actus bonos morales ad quos facilius, & citius accipit, quin Deus mouet liberum eius arbitrium alio motu gratia gratæ data, vt bono simpliciter agatur sub infra. Ad talem autem statum diuini motus, & boni moraliter, quilibet potest venire faciendo quod in se est (per vires vt explicauerat naturæ) Et in hoc, tantum est ex libertate arbitrij potest alium præuenire, vel simul cum ipso accedere: ad gratiam auxiliarem, & ad consensum simpliciter, & perfecte in bonum.

8. Scotus in 4. d. 1. q. 2. art. 2. vers. 3. seq. Ad hoc intellectum docet peccatorem quendam, etiam infideliter ex naturalibus posse cognoscere peccatum, & ostensionem Dei, præmij impedimentum, & inducium supplicij, & obinde ipsum detestari detestatione videretur regulariter absolute, & simpliciter honesta: subdistinguit, & addit dicitur esse attritus, & est dispositio sine meritis in congruo ad detestationem peccati mortali, & constanter asserit esse difficile saluari, quod apud Deum non sit auxilium personarum, vt Massilienses aiebant; & in 2. d. 3. q. 1. prope solut. argumentor, agens de precepto dilectionis Dei super omnia ait. Quandoque voluntas animæ boni præcepti exequitur, licet informis, & dispositio leuiter ad gratiam gratificantem, cui obstat, vel resistit, peccati mortaliter vel conuenit, & infideliter. Vbi de voluntate sola, ac sine gratiæ auxilio loquitur, gratiam gratificantem non formaliter gratificantem, bonam auxiliantem ad actum supernaturalem dilectionis Dei super omnia, quæ vltima dispositio ad formalem iustificationem, & eique connexa est intelligit, siquidem animæ solum gratiæ resistentia, vel consensum voluntatis potest; non autem gratiæ formaliter iustificanti, & gratificantis, quæ nihil motu, vocationis, & habet vel contentatur, vel resistit, sed ipse clarius ostendit loqui se de voluntate nuda Deum super omnia disposita. Nam de hac dilectione Dei super omnia agens in 3. d. 27. q. vn. art. 3. ex instituto probat liberum arbitrium per solas vires naturæ posse eam elicere. De Ottono Nominalium Principe nihil est firmum, vtrum ex viribus naturæ axioma intellexisse indicemus, adhuc in 1. d. 41. q. vn. in primâ sentent. impugnatione: in eum vult sensum venit apertus & frequentissimus integris eius discipulis Gabriel in 1. d. 41. art. 3. subd. docet vltimè etiam, scilicet liberi arbitrij, esse dispositionem ad congruo ad media prædestinationis, quæ desinit, gratia non infunderetur in 2. d. 22. q. 2. art. 3. faciens, quod in se est, per vires naturæ dandum esse gratiam d. 27. q. vn. art. 2. conclus. 4. etiam infideliter per naturæ vires congruum ad Deum, gratiam de congruo meriti dub. 4. prænoti, quod in se est per naturæ vires de lege gratiam conferri in 3. d. 27. q. vn. art. 3. dub. 4. proposita statuit dilectionem Dei super omnia ex arbitrij naturalibus videri haberi posse, & proposita. 1. Prædictum autem auxilium de potentia ordinariam non posse stare sine gratia, quia secundum legem ordinariam cuiuslibet faciens, quod in se est, & per hoc dispositio ad gratiam susceptionem Deum infundit gratiam: intelligit autem disponi vltimo per congruam rem, & ad gratiam formaliter iustificatorem. Ne res de hoc dubitaretur, tunc statim labitur: Hinc apparet

quia est actus perfectissimus omnium actuum ex naturalibus haberi possibilibus, esse immediatam. Et ultimam dispositionem ad gratiam infusorem. Maior in 2. distinct. 23. questione 1. colum. 12. ad argumentum 17. §. Ad formam, ait, si aditus mediocriter vitatur naturalibus, licet interdum non habeas auxilium speciale, datur ei alio tempore: dummodo bene vitatur naturalibus: subinfertur: si bene vitatur naturalibus illi datur praevenire supernaturalia, & columna sequente de Magdalena, & Paulo agens, qui optine nisi sunt quatenus Deus eis assisteret, tamen id non de lege fieri dicat, cum allerat alios æque bene viros fuisse relictos. Marius eiusdem sensus arguitur, quia in 2. d. 28. articulo 3. sine dixit. *Hominem Dei auxilio praevenit posse ex puris naturalibus mereri primam gratiam de congruo*. Si autem ea, quam meretur prima gratia est, auxilium, quo ad illam promerendam praevenitur a Deo, gratia in eius sententia absolute non est: sed tamen doct. Marius duplex gratia indebita naturæ, & supernaturalis proprie, & absolute talis genus distinguit: alterum quoad modum solum supernaturalis, & hanc ad opera virtutum moralium requirit, atque speciale praevidet auxilium Dei ultra generale influentiam (in qua omnia Dei auxilia naturæ undecunque debita claudit) atque sine speciali eius auxilii praeveniente: quare, & sine gratia Dei nihil arbitrium nostrum boni agere possit Catholice, & constantissime statuit eo articulo conclusione 3. & 4. & post articulum 4. ad septimum argumentum. Alterum vero genus est gratiæ supernaturalis quoad substantiam, & hanc sub meritum congruum operis boni ex speciali auxilio illo gratiæ, quoad modum solum supernaturalis, Catholice etiam docet.

9. Eadem de causa de eodem accusatur sensu Gregorius Arimin. floridus, et vetus, & scholarum delictum in 2. d. 28. articulo 1. ubi ait, initium quodvis etiam remotissimum iustificacionis, nisi ex gratia esse non posse, quia absque eius praeveniente nihil, in genere moris adhuc, bonum absolute tale immo nihil non malum absolute agere possimus. Ex quo doctrinam reitatus proxime desumpsit, sed male inde vterque in sensum ex viribus solis naturæ trahitur, ut in simili supra alios excusantes ostendebamus. Richardus pro eo sensu merito recitatur, quia in 1. d. 28. articulo primo, questione secunda ait. *Loquendo de remotis, & indirectis dispositione liberum arbitrium per sua naturalia cum sola generali motione primi momenti potest se ad gratiam gratum facientem disponere*. Quibus consequenter d. 41. articulo secundo, questione secunda possibilibus censet dari dispositionem remotam & meritum congruum & puris naturalibus ad praedestinationem expresse. In eundem sensum sententiam Ioannes Bachon Carmelita in 1. d. 41. questione vicia circa fin. meritum congruum praedestinationis arbitrio è sola generali Dei influentia concedens Durandus in 2. d. 28. quæst. 5. ex professo tueri viribus solis naturæ absque speciali adiutorio motioneque Dei nos disponi posse ad gratiam, vtiue immediate, & sufficienter: quia, inquit, etsi natura & gratia supernaturalis diversi ordinis sunt, non obest quominus vnus ad aliud ordo sit immediate dispositus: ut agentia corpora diversi, & inferioris ordinis, atque anima, ordinem tamen, & facultatem habent disponendi immediate ad infusionem anime a Deo: addit vero id meritum, & dispositionis ad gratiam praedestinationis non, nisi ex speciali Dei providentia contingere, quæ pars praedestinationis sit, completentis quicquid quovis modo hominem inuat, ut salutem, & finem praedestinationis assequatur: in quo additamento sibi contradicit. Siquidem totus obiectus ambitus praedestinationis, ultra gratiam specialem prorsus indebitam naturæ, & eiusque effectus non extenditur, extra quam motu illa solum generalis, & naturæ arbitrii debita, atque inde ortum meritum, & dispositio proxima ad gratiam sunt, eisque Durandus statuit. Mitto apparentem aliam horum contradictionem cum eo, quod dixerat in 1. d. 39. questione tertia sine. *Deum scilicet omni creatura rationali concessisse auxilia per quæ potest vitare mala culpa & impedimenta sua salutis*. Intelligit enim auxilia hæc arbitrium, præcepta & consilia præcis, quæ omnibus dari, ait, d. 46. etsi specialis motionis

Christoph. de Ortega de Deo Vno, Tomus II.

Dei, & adiutorij interni, in quibus Dei gratia est, pluribus negari ibidem dicat, quo similis species contradictionis eiusdem Durandi 4. d. 14. questione prima de penitentia omni ex parte honesta evanescit. Eiusdem sensus reus agitur Dionysius Carthusianus in 2. d. 27. questione tertia ante medium, dum tacite Richardi sententiam relata dum non impugnat videtur approbasse de dispositione & merito remoto, & secundum quid gratiæ infidelis etiam facientis quod in se est, eaque distinctione dispositionis mediata aut remota, & immediate ac propinqua putat Richardi, Sancti Thomæ in sensu priori, & Durandi sententias posse componi: sed tamen non docet expresse facientis quod in se est absque speciali motione ultra communem, & debitam naturæ eam dispositionem remotam & meritum secundum quid gratiæ possit contingere: quare pie explicationi locum reliquit. De eodem sensu damnatur Dionysius alter Cisterciensis, in 2. d. 27. questione vicia, articulo primo, notab. 2. quod dixerit. *Gratia gratis data specialique non est gratum, faciens, sed quæ stat cum peccato mortali, potest dici quodlibet auxilium ad actum bonum bonitate præcise morali sicut habitus scientiarum, vel revelatio & huiusmodi*. Cum autem (inquit Ruiz citata d. 21. sectione 4. numero 13.) habitus scientiarum naturalis prorsus sit, ut Dialecticæ, Philosophiæ, &c. & viribus naturæ adquisibile: ergo auxilij specialis nomine, quod praevenire necessarium merita omnia, & præparationem quamvis ad gratiam asserit, naturale prorsus auxilium, & facultate sola adquisibile intelligit: quare cum eo articulo conclusione 4. & articulo 2. conclusione 1. & sequentibus, & articulo tertio, Corol. 1. & 2. docet gratiæ specialis praevenientis necessitatem merita, & dispositiones qualvis ad gratiam (vbi etiam docuerat d. 27. questione secunda, articulo primo, conclusione 5.) nihil naturæ & facultati nostræ naturale indebitum requirit. Sed vero adhuc piam interpretationem patitur: cum enim expresse toties necessitatem gratiæ praevenientis Catholice ad meritum, & præparationem gratiæ & ante illum textum, & postea requirit: non ad id ipsum naturale prorsus, atque omni ex parte solummodo requisisse credendus est: sed habitus scientiarum, supernaturales saltem quoad modum: quod inde suadet, quod eos cum revelatione naturæ indebita, immo fide supernaturali potius interna revelationis nomine significata coniunxit. Secundo illo sicut non designasse materiam gratiæ specialis sed modum iuvandi gratiæ specialis Dei praevenientis, nempe per internam illuminationem & motionem qualem habitus scientiarum, & revelatio in intellectu causant. Neque enim habitus scientiarum univrsim ad opus morale monere vir doctus iudicabat, qui plerique scientiarum habitus speculativos esse cognoscebat.

10. Poriori iure pro eo sensu refertur Gerson 1. parte, Alphab. 67. littera G, tractatu de vita spiritali lect. 1. dicens: *Nolo negare, quin anima possit ex sua virtute naturaliter bene moraliter agere, & faciendo quod in se est, se ad vitam gratiæ disponere*. Unde apertius redditur (quod excusari vtiunque in alio sensu poterat) eodem malo sensu illud ab ipso dictum Alphabetum 24. in regula moralium littera M. *Nulli facienti, quod in se est, (hoc est bene venienti donis iam habitis) deest Deus in necessariis ad salutem: siue illa sint credenda, siue operanda*. In eundem sensum citatur Alphonsus Tostatus vulgo Abulensis, quia eius Episcopatus sacris infusis fuit insignitus in cap. 19. Matth. quæst. 181. ad 4. & in c. 21. Matth. questione 111. ubi ait facientibus, quod in se est, Deum præsto adesse, ut gratiam, tum ad fidem prærequisitam, & auxiliantem ad reliqua opera supernaturalia, tum gratiam ipsam formaliter iustificantem impertiat, ceterum vtiobique ait Deum semper ut faciamus quod in nobis est ultra naturales vires rationis, & arbitrii pulsare interius, praeveniendo: quare ad quamvis præparationem ad fidem, & supernaturalia, quoad substantiam dona, gratiam Dei prærequiri expresse fateatur: ac subinde nec iustificacionis, nec praedestinationis initium sub merita congrua iustificandi, & praeordinandi posse vlatenus venire. Adam Goddam in 1. d. 17. questione prima, dubio secundo, sine doct. amorem Dei super omnia & aliorum ob ipsum naturaliter haberi à nobis posse, Ccc subditque

11. Richardus Tapper de libero arbitrio, articulo 7. circa med. §. Doctores auctor, scribit. Quod tamen etiam Deus addest faciens, quod in se est ex puris naturalibus ad illustrationem & infinitum diuinarum, ad quos ex immensa erga peccatores charitate inuitatur, non autem ex vilo merito aut diuitiis tunc creditur; sed, quod semper, & quasi infallibili ordinatione eis adfit, vt necessaria salutis largiatur, diximus superius ex scripturis non certo constare posse, tunc tamen hoc confidimus. Et hic quidem meritorium omne, & dispositionem postquam ad gratiam vllam ex necessariis ad salutem: quare, & ad primam auxiliantem, initiumque iustificacionis, & salutis, ac subinde predestinationis nature viribus deuegit, secus autem dispositionem negatiuam pro impediementi peccatorum ablationem, quam tate excludere possunt dispositionis tantum, satis fateatur, & anteriori, posteriorique contextu expresse facultati naturali arbitrii concedit. Castro de lege pœnali libro secundo, capite 14. columna 5. & 6. ignaro de Mysteriis, & necessariis ad salutem, facienti tamen, quod in se est, non esse perimiteundum tandem, vt sine fidei aortia moriatur & sit, si non protinus illi detur, dandum vero illico gratiam, quæ cum gratum, & iustum formaliter faciens non sit

[illegible]

CERTAMEN II.

Nullum, quantumvis tenue, & remotissimum predestinationis, aut iustificationis initium merito, aut dispositioni directæ, & per se vel etiam indirectæ, & per accidens, positivæ, seu negativæ è solis arbitrij creati viribus differri salva fide Catholica potest.

1. Conclusio hæc primæ proloquij partis sensum erroneum excludit, ut inde facilius Catholicisprehendatur certamine 3. excludit autem sensus omnes hæcenus à Doctoribus excogitatos, & excogitabiles, ut oppositi esset durities, atque fidei Catholicæ oppositio, vel temperent, vel tegatur, ut singula Doctorum temperamenta, & regumenta evolvunt singulatum ostendimus. Habet autem conclusio præter dogmatum fidei, quæ subiciemus auctoritatem Doctorum omnium, etiam quos certamine 3. producimus, eorum etiam omnium, qui gratiæ prævenientis ad quodvis opus absolute bonum, & honestum necessitatem expresse docuerunt, nec alicubi retractarunt, id ipsum negantes expresse, vel oppositam præsentī conclusioni docentes, ut de non paucis, quibus infimis discursibus aduersa imponebatur sententia ostendimus certamine 1. & illico summam referemus: insuper qui conclusionem aduersam retractarunt ut S. Thom. recitatus eodem certamine numero 2. & inibi Albertus, & Rayner. num. 3. Qui vero immerito de opposita conclusione arguuntur sunt S. Bonavent. eo numero excusatus, item Paludanus Aegid. Rom. Capreol. & Deza numero 3. & 4. Conrad. senior ibid. Ferrata & Magist. Victor. Delphin. & Barthol. Medina n. 5. Bafiez, Alvarez, & Marfil. n. 8. Dionys. vterque Cathol. & Cisterciens. num. 9. Alphonsus Toftatus Abulens. num. 10. Pighius ibidem, Ioannes Medina numero 11. Hos autem omnes prolixius certamine 1. singulatum ab eo sensu ex naturæ viribus excusavi, & hic summam recensui, non solum, ut Catholica conclusio tot Scholasticorum Theologorum (quorum vixit rigidius disputantium, & loquentium in rebus dogmaticis auctoritas est ex humanis summa) momenta subiungerem: verum, ne dum oppositam conclusionem quomodolibet temperatam erroris insinulo videat contra antiquos omnes, (quos pro opposita stare vulgo credimus) pudorem soluisse: quanquam & id agendum esset, si pro opposita (quod Deus non permitteret) steterent, ubi de fidei diuina, ut in præsentī euenit, auctoritate, & indénitate res agitur. Nam quandoque Scholastici discursibus quam Patrum, & Conciliorum lectioni attentiores ad fidei dogmata bona fide, & animo, incaute tamen, videmus offendere: idque Scholasticis Theologis S. Thomæ cœtaneis existimo, ut plurimum, contigisse: cum illum ipsorum auctoritate sicuti, & Albertum Magnum, videam concessisse; tamen vterque tandem ex proprio studio, & sententia ab eis discesserit, & resipuerit, iam vero ita scholasticis Theologis omnibus dogmatica hæc conclusio (profundi Doctoris nostri Vázquez, vel maxime opera) facta est communis, ut nisi sciens, volensque, nequeat deinceps aliquis aberrare. Antiquioribus autem, qui aberrarunt lapsus non est æqualis, & omnibus communis. Nam lauellus ad omnia gratuita Dei dona, etiam formalem iustificationem, & gratiam gratum facientem dispositionem arbitrij viribus, & facultati concedit cert. 1. numero 6. Zumel num. 7. Gabriel num. 8. Bachon, Durand. Gerton, & Richardus num. 9. & Nicolaus de Orbellis num. 10. Corduba n. 11. His vero non Semipelagianismum

CCC 2 solum

homo fecerit, quod in se est, iuxta id, quod potest, siue per vires naturales, siue per vires supernaturales, Clementissimus Deus illuminabit illum, ut credere possit. Nec ideo equidem assero illud operari, quod in se est per vires naturales: esse verum, infallibilem, rigorosamque dispositionem ad gratuita dona; sed certe congruitatem quandam, quæ potius se tenet ex parte diuina bonitatis, quod post pauca magis explicat dicens ad iustificationis, ac subinde prædestinationis initium, naturam concurrere per modum remouentis impedimenta: qui concursus est accidentarius. Quibus duo docet, quæ noster Ruiz d. 15. ex infirmo, & sæpe obiter d. 21. & explicatius d. 22. sensum Catholicum, & ab omnibus admittendum habere posse docet. Nempe opera nostra ex viribus nature solis facta esse occasionem, non quidem Deo à nobis oblatam, sed ab ipso arreptam ad gratiæ collationem, id valent verba illa Carthagenæ, congruitatem quandam, quæ potius se tenet ex parte diuina bonitatis. Secundum disponere ad gratiam tantum remouendo impedimenta peccatorum, quibus maior gratiæ recipiendæ indignitas adesset: id continent verba Carthagenæ postrema, & alij ex recitatis dixerant: propterea à Ruiz laudati in hoc Doctorum catholico Doctores nostræ societatis omisi: quia ij fere omnes plenus, planiusque quam alij eius proloquij Catholicum, & dogmaticum sensum expresse, ut certamine tertio videbimus. A quibus Didacum Ruiz non excludo, licet nonnulla præsentī difficultati inutilia eum præmisisse d. illa 15. & d. 21. explicasse vel replicasse videam: de quo certamine sequente: sed nec Cardinalem nostrum Toletum in cap. 8. epistola ad Roman. annot. 31. veri. fin. etiam ait. *Quamvis aliquam causam esse asserimus ex parte hominis, propter quam hoc Deus ad fidem, & gratiam vocare voluerit; & proposuerit, non autem illos; non propterea tolli rationem gratiæ diuinæ.* Duo autem circa sensum proloquij huius videntur à recitatis Doctoribus pro sensu ex viribus nature asseri. Primum in operibus è sola arbitrij facultate, absque vlla gratia specialī Dei præueniente, dari causam, & rationem meriti congrui, aut dispositionis ad gratiam supernaturalem, siue primam, & vnde supernaturalis præuidentia, & prædestinatio inchoetur, siue vltiorem gratiam à prima, immo etiam ad formalem iustificationem, iuxta varias sententias recitatas. Secundum aliquo modo dispositis per vires nature gratiam supernaturalem alteram esse infallibiliter, & quasi ita lege, vel saltem pie, ac prædictis æstimationis morali certitudine adeo conferendam, ut prædictorum plerique aiunt, negantibus nonnullis. Negantes eiusmodi infallibilitatem proloquium præsens adequatè, ac plene non explicant, tamen eius explicant partem, de facultate, ex qua facere, quod in se est, quisque possit, ut initium saltem primum iustificationis & prædestinationis apponar: quæ in præsentī prædestinationis, & in controuersia de gratiæ & iustificationis initio, pars est præcipua: siquidem vndeque meritum primum, ac dispositio ad gratiam aliam non præsuppositam habeatur, siue ex puris naturalibus arbitrij nostri, siue ex gratiæ etiam auxiliantis præuentione necessaria, quæstioni eadem remanet locus: An ita primo operanti gratia vltior, & cooperanti cum hac vltior, & sic vltique ad iustificationem de lege, aut pie, ac prædictis æstimationis morali certitudine sit infallibiliter à Deo conferenda.